Zwei Schreiben des Rektors der Kapelle zu Wettschewell, M. Neesen aus dem Kloster Wickrath an den Marquis v. Westerloo.

1. Vom 30. März 1719.

(Enthält eine Gratulation zum bevorstehenden Osterfest, und die Anzeige, daß im Kloster zu Schwarzenbroich ein neuer Prior, nämlich F. Dahmen aus Düren, gewählt sei.)

Illustrissime Domine!

Praeceptum divinum mandat, aequitas postulat, ratio suadet, ut subditus honoret superiores suos; quod quia ex parte mea coram facere non possum, absens facere cogor. Hinc cordetenus apprecor et Altissimum rogo pro coelesti benedictione, ut Illustrissimus Dominus meus gaudeat optata sanitate corporis et animae habeatque felicissima festa paschalia; in quem finem, ut et in statu viduitatis Deo serviat, offero preces et sacrificia mea meorumque — fascit Deus, ut cum Salute aliquando possit redire et videre Servos suos subditos. Et sicut obligor ubique, singulariter in celebri sacello in Wetzewell sub territorio Odenkirchensi orare pro anima defunctae principissae charissimae uxoris (cujus memoria sit in benedictione coelesti) Sic quoque pro Celsitudine sua, cujus sum perpetuus et humillimus servus

fr.(ater) Mathias Neesen, ordinis S. crucis,
capellanus vester sub territorio de Odenkirchen.

Wickrath 1719, 30 Marty.

NB. In locum defuncti p. prioris in Schwartzenbroich (cujus obitum tunc notificavi) electus est pater Dahmen, marcoduranus, professus dicti vestri monasterii. Det Deus, ut ecclesiam aedificet!

2. Vom 14. April, ohne Angabe des Jahres, aber wahrscheinlich auch 1719.

(Es ist ein Dankschreiben wegen der der Kapelle zu Wettschewell vom Herrn zu Odenkirchen geschenkten neuen Paramente.)

Capellanus fr. Mathias Neesen, rector sacelli in Wetzewell, accipit pretiosissima ornamenta ex vestibus Illustrissimae Dominae de Pignatelli, et gratias agit ut sequitur:

Illustrissime Domine Marchio!

Felicissimum et gaudiosum Alleluja .hac die veneris infra octavam paschae annuntiat mihi praenobilis Dominus de Stregen insinuans summum affectum et bonitatem Illustrissimae Dominationis Suae erga Sacellum suum in Wetzewell sub

territorio de Odenkirchen, dum mandavit fieri pretiosissima ornamenta ecclesiastica ex Splendidissimis vestibus in domino defunctae principissae nostrae, cujus memoria sit in benedictione sempiterna et ut maneat jugiter in hoc loco, testentur ex relictis pretiosissimis vestibus ornamenta confecta in laudem Dei et sanctarum patronarum Fidei Spei et Charitatis virginum et martyrum earumque matris Sophiae semper usurpanda. Millies, millies, millies dico gratias et cecini cum Davide: „Confitemini Domino, quoniam bonus etc.“

Deus conservet Illustrissimam Dominationem Suam cum Illustrissima prole et genero, pro quo Deum deprecabor et sum veneratione et gratiarum actione debita

humilis Servus fr. Mathias Neesen,
rector Sacelli in Wetzewell.